



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1562 usque ad annum 1563

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1771

VD18 9011860X

Caput VIII. Monasteria commendata, in quibus non viget regularis observantia, & beneficia quæcunque quotannis ab Ordinario visitentur.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66641](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66641)

Sæcul. XVI „modocunque pertinentibus: qui si no
 A.C. 1562. „fuerint sufficientes, omnes patronos
 „& alios, qui fructus aliquos ex dictis
 „Ecclesiis provenientes percipiunt, aut
 „in illorum defectum, parochianos o-
 „mnibus remediis opportunis ad præ-
 „dicta cogant, quacunque appellatione
 „exemptione, & contradictione remota.
 „Quod si nimia egestate omnes laborent,
 „ad matrices, seu viciniore Ecclesias
 „transferantur, cum facultate tam di-
 „ctas Parochiales, quam alias Ecclesias
 „dirutas, in profanos usus non sordi-
 „dos, erecta tamen ibi cruce, conuer-
 „tendi. „

CAPUT VIII.

*Monasteria commendata, in quibus non
 viget regularis observantia, & beneficia
 quæcunque quotannis ab Ordinario
 visitentur.*

„Quæcunque in Diœcesi ad Dei cul-
 „tum spectant, ab Ordinario dili-
 „genter curari, atque iis, ubi oportet,
 „provideri æquum est. Propterea com-
 „mendata Monasteria, etiam Abbatæ,
 „Prioratus, & Præposituræ nuncupa-
 „tæ, in quibus non viget Regularis ob-
 „servantia, necnon beneficia, tam cu-
 „rata, quam non curata, sæcularia, &
 „regularia, qualitercunque commenda-
 „ta, etiam exempta, ab Episcopis,
 „etiam

„etiam tamquam Apostolicæ Sedis de- Sæc. XVI.
 „legatis, annis singulis visitentur, cu- A.C. 1562.
 „rentque iidem Episcopi congruentibus
 „remediis, etiam per sequeltrationem
 „fructuum, ut, quæ renovatione indi-
 „gent aut restauratione, reficiantur; &
 „cura animarum, si qua illis, vel eorum
 „annexis immineat, aliaque debita ob-
 „sequia recte exerceanur, appellatio-
 „nibus quibuscunque, privilegiis con-
 „suetudinibus, etiam immemorabili
 „tempore præscriptis, conservatoriis, ju-
 „dicum deputationibus, & eorum in-
 „hibitionibus non obstantibus. Et, si
 „in eis vigeret observantia regularis,
 „provideant Episcopi paternis admoni-
 „tionibus, ut eorum Regularium Supe-
 „riores, juxta eorum regularia insti-
 „tuta, debitam vivendi rationem obser-
 „vent, & observari faciant, & sibi subdi-
 „tos in officio contineant, ac mode-
 „rentur. Quodsi admoniti intra sex
 „menses eos non visitaverint, vel cor-
 „rexerint; tunc iidem Episcopi, etiam
 „ut delegati Sedis Apostolicæ, eos vi-
 „sitare possint, & corrigere, prout ipsi
 „Superiores possent juxta eorum insti-
 „tuta; quibuscunque appellationibus,
 „privilegiis, & exemptionibus penitus
 „remotis, & non obstantibus.